tenus etiam fratres ad ulteriorem numerum infirmorum recipiendorum compellentur, sed tantum sicut prescriptum est, et talium, quales hospitale St. Johannis recipere consuevit.

Testes — qui et interfuerunt: — Fr. Johannes de Wicense (?), Fr. Theodericus de Rotenbach, Fr. Otto herbipolensis, Fr. Henricus de Halle, commendatores; Fr. Conradus de Buchele et Fr. Ekkehardus de Holehus ex una parte. Ex altera: Laici — Trillere scultetus de Hallis, Hermannus scultetus et filii sui, Cunradus de Nordlingen, Cunradus Holzhusere et magister salis junior et alii quam plures.

Sig. — Fr. Clementis magni preceptoris — et burgensium nostrorum.

Actum Hallis, datum Herbipoli. Anno Dom. MCCXXXXIX.

## 2. Künzbach und Schübberg 1290.

Ego Commendator et fratres domus hospitalis in Hallis necnon Adelheidis relicta Engelhardi de Enselingen et Sizo filius meus et ceteri heredes mei recognoscimus — quod pro omni dissensione que ex parte parochialium parochie Eschental*) vertitur — pro bonis in Schubberc**) et in Kunzilsbach***) . . . . arbitros eligimus — Heinricum de Munningen, can. ecclesiae Fuithwangen —, magistrum Petrum, fratrem domus theut. (seu mag. Hermannum rectorem scolarum in Orengev) et — pro utraque parte — D. Decanum ecclesiae Fuithwangensis —.

Ego commendator — fidejussores posuimus, ut ordinata

---

*) Die Kirche in Eſchenthal war zu St. Kilian. Der Joh.-Orden hatte die Collatur —, ſpäterhin Hohenlohe als Territorialherrſchaft (jure episcopali) die Confirmation. Zur Parochie gehörten nach dem Lagerbuch von 1797 alle Einwohner zu Eſchenthal, Brachbach, Herlingshagen, Arnsdorf, Rückershauſen, Reiſighof, Braunolzwieſen, Leiblingshof, Ainweiler, Rüblingen, Bauersbach, Gockenbach, Feſſelbach und — Kubach (?).

**) Der abgegangene Hof Schübberg — auf der Höhe des heute noch ſogenannten Schippbergs, zwiſchen Künzelsau und Gaisbach. 1855 wurde zufällig der alte Ortsbrunnen aufgegraben.

***) Künzbach, Filial von Künzelsau, deſſen Markung theilweiſe den Schippberg umfaßt.

firma permaneant — Heinricum dictum Lacher et Ottonem dct. Weisen, cives in Hallis, qui moniti recipient se in obstagium in Heilicbrunnen, Orengev, Waldenberc vel in Gamundia —. Ego Adilheidis posui — Zurichonem militem de Gabelnstein, Luitoldum militem, filium Jahannis militis de Bachenstein, qui se recipient in Langenberc, Jagisberc, Waldenberc vel in Oringev, expensas fidejussorias faciundo.

Si arbitri fuerint arbitrati quod dcts. commendator ex parte parochialium in Eschental dicta bona, sita in Schubberc et in Kunzilsbach, obtinebunt — dicti fidejussores domine Adilheidis erunt obligati, quousque heredes Domine Adilheidis ad annos discretionis pervenerint et confitentur publice, quod fratres hospitalis nec non parochiales in Eschental in bonis de quibus lis est non impediant — —

Dies ad pronunciandum dictum arbitrium assignatus est feria tertia post octavam pentecostes — in Fuchtwanc. — Ceterum si frater Heinricus, pater Adilheidis, venire non poterit, legitima causa impediente, hoc ipse Fr. Heinricus, pater Adilheidis, sub sua obedientia declarabit.

Testes — Fr. Otto, Fr. Cunradus de Francenfurt, Fr. Ulricus de Velleberc, Fr. Cunradus de Heinberc, domus hospitalis; Fr. H. de Bachenstein de domo theut. Ulricus miles de Eschenawe, Rudegerus miles frater suus. Cunradus miles de Wiler. Philippus scultetus de Hallis et alii quam plures . . .

Sigillo commendatoris fratrum de domo theut. in Heilicbrunnen et commendatoris hospitalis hierosol. in Hallis.

Dat. anno D. MCCLXXXX in die Philippi et Jacobi.

### 3. Mergentheimer Urkunde.

Wir Gotfrit, Gebhard und Andreas Gebrüder, die edlen von Brunecke, genannt vom Nuwenhuſe — mit Rath unſers l. Vetters Andres v. Brunecke, — vergleichen ſich mit dem D. Ordenshauſe in Mergentheim.

1. Sie verzichten auf alle Anſprache und Rechte, welche ſie haben wollten am Gerichte zu Mergentheim; alſo, daß man um alle gefangene Leute den D. O. Brüdern verbürgen ſoll und nicht uns.